



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

2. Aprilis. Vt in salutem animarum efficaces sint naturæ dotes, interiori virtutis impulsu eas ægi oportet, indéque vires ad rem bene gerendam ducere. S. Ign. apud Bart. l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

se, parum esse non potest, sic enim major fit eo, quod maximum orbis aestimat.

Verbis se contemnere vulgare jam etiam arrogantes id agunt, sed ut contemptus ipse contemnatur, huc si virtus assurrexerit, apicem perfectionis attigit.

2. Aprilis.

Ut in salutem animarum efficaces sint narrantes, interiori virtutis impulsu agi oportet, indeque vires ad rem bene gerendam ducere. S. Ign. apud Bart. l. 4.

Non semper ille metit amplius, qui amplius seminavit. Semen in vacuum nullum reddet fructum, nisi incrementum det Deus. Ubi deest spiritus, ibi semen inefficacium.

Cassus est organædi labor, nisi fistulas impleverit spiritus, melos non edet. Nec Apostoli docendæ plebi se prius excinxerunt, quam repleti essent spiritu alto.

Vox hominis mortua est, auditur, non penetrat: nisi voci huic vox Dei societur. Frustra fatigantur latera; nisi Deus tecum loquatur, nihil proficies. Non jungit

cem Deus, nisi secum conjunctis, & hinc tam dispar tot Apostolorum fructus.

Si pulchris mentem sensis & egregiis veritatibus illustres, animus tamen turpi languore iners & ignavus torpeat, si indotus eorum, quæ doces, impellere alios ad honesta contendas, fructum à raucedine alium non expecta.

3. Aprilis.

Cum omnibus quidem sed cum inferioribus præcipuè oportet esse in loquendo parcos, patientes in audiendo. Patula danda sunt aures, dum ille sensus animi sui omnes expressisse videatur. S. Ignat. Hist. Soc. l. 3. n. 48.

A Mari animi querelas potuisse in fidas aures exonerare, sæpe remedium fuit morbi, qui credebatur incurabilis. Ita sæpe levâsse stomachum bile, est sanitatem recepisse.

Æger audiri debet, si errare nolit Medicus: nemo patiente novit meliùs, quia nemo sentit acerbius, quid patiatur. Felix Medicus, qui audiendo, si non curare, certè levare potest morbos. Crudelis, qui tam facili remedio juvare nolit.